

1-316-22

IN L A V D E M D.

THOMÆ A Q V I N A T I S

Doctoris Angelici.

O R A T I O .

HABITA A ZEPHERINO FRANCISCO

Thomæ Dertusæ Ciuitatis oriundo, in Templo sanctæ

Catharinæ Virginis & Martyris Ordinis Prædica-

torum, inter solemnia eiusdem S. Doctoris

nonis Martij, Anno. 1615.

Coram admodum illustribus, ac Reuerendis. D.D. Barcinonens.

Vrgellen. Episcopis. Præsentibus etiam Principatus Cathaloniae

clarissimis, ac perillustribus Triumuiris.

Ad Excellentissimum Dominum D. Petrum Manrique Archie-

piscopum Cæsaraugustanum.



L. Episc. Barcinonen.

Ex Typographia Laurentij Den.



EXCELLENTISSIMO D.D.
Petro Manrique Cæsaraugustano Archie-
piscopo vigilantissimo.



Zepherinus Franciscus Thomæ. S.

VLGARE est illud, Excellen-
tissime princeps, Præfulq. dig-
nissime, qui ob sua facta, iustum
magistratus indignationem in-
currissent, districtam euriæ seue-
ritatem vitare cupientes, in sacrum aliquod
vbi populares impetus facilius declinare pos-
sent, recipere se se consueuisse. Musis, vt aiunt,
insalutatis ab ostio, laudes Angelici Doctoris
percurrendas decreui. Scelus profecto doctissimi
cuiusq. supercilie (ne dixerim animad-
uersione) dignissimum, quodq. mihi abitu-
rum vix (ac ne vix quidem) audeam sperare.
Vnus mihi superest tuæ benignitatis asylum
tutissimum, illud quidem ac salutare hoc pe-
to, huc confugio, hanc fidem imploro ; non

A 2 modo

modo ne meæ temeritatis pœnas luam, sed vt
tuo numine seruatus maiora propediem pa-
cata minerua, mihi polliceri queam . Vale to-
tius Hispaniæ decus, & ornamentum, & iterū
vale, viuasq. nescorcos annos.

Zapatero a Encinas Tardos.

ALFARERO DE VILLAFRANCA
-gih, plato, lajón, Lumbre,
miguel, miguelito do iugomílio
-oi, miguelito, miguelito
churruca, churruca, churruca
bouilla, bocanilla, ni la canilla
-pi, bocanilla, ni la canilla, bocanilla
-Mata, Mata, Mata, Mata, Mata
encocibolo, encocibolo, encocibolo
-etogán, -etogán, etogán, etogán
-etogán, etogán, etogán, etogán
etogán, etogán, etogán, etogán
etogán, etogán, etogán, etogán
etogán, etogán, etogán, etogán
etogán, etogán, etogán, etogán

A

nibus orationem, eruditam sane & valde piam. Sed eius præcepta multo melius Aquinas re ipsa expressit, quam Nazianzenus verbis. Probra, scōmata, nigros sales, fannas, ironias, hiperboles in eius scriptis (qualia in nō paucis auctoribus, etiam de rebus sacris, proh dolor, cernimus) nusquam reperies. Strophas, captiunculas, cauillos, vitiosos elenchos, & malas artes, quas ipse Gregorius nō secus ac flagella Ægyptiaca male in Ecclesiā irrep̄isse iam dudū deplorat, e suis libris penitus proscriptis. Araneæ telam, quod aiunt, nunquam texit; hoc est figmenta, vanasque & nullius frugis vel rerum, vel verborum meditationes, qui bus nonnullorū volumina refertissima sunt, grauissimus Doctor consulto omisit. Hinc Angelici cognomen adeptus est, ac nostris temporibus summus Pontifex Clemens VIII. Angelicum diuinæ voluntatis interpretem, non nisi à Spiritu Sancto ut pie creditur nuncupauit.

Sed ineptus omnino atque imprudens merito viderer, si de præstantissimi, augustinissimique sciētiarum fere omnium huius Antistitis monumentis plura dixero. Superest commilitones strenui, ut Ducem nostrum sequamur sanctum Thomam Aquinatem, non minus inter sanctos doctissimum, quām inter doctores sanctissimum. Sine huius auspicijs quisquis Philosophicum aut Theologicum iter ingreditur, nihil aliud quām sine pennis volare nititur. Quod si alij quidam absque huius Doctoris dogmatibus se volaturos iactant, immò & de pulchritudine, ac decore pennarum gloriantur & intumescunt, considerent queso, quid Æsopi carniculae acciderit, quæ alienis decorata prodierat in auium consilium; neque enim dubitare aūsim hos tam bellè personatos, si ea quę a nostro Doctore mutuo acceperunt seorsum deposuerint, ridiculos sua nuditate, & inopia fore conspiciebōs.

Dixi.

H H H H H H H

ORATIO.



ODIERNA die (Reuerendiss:
Antistites Huius Principatus Catha-
loniae celeberrimi , ac perillustres
Triumui) hodierna , inquam ,
die (mirum plane) Ecclesia mater
sancta, quæ hisce diebus filiorū pec-
cata deflens, illosq; ad pœnitentiam
aduocās, & ad luctum se præparans,

sui dilectissimi sponsi in sacco & cinere tristis incedebat,
ac mærens , excussa cinere , & mæroris veste exuta , tota
gaudens, & cōpta progredivit, ac dicente Iсаia , induit se
tunicam iucunditatis suę , & tanquam sponsa imposuit
sibi mitram, ac vario se composuit , & decorauit ornatu.
Ut cœlū stellis fulget luminibus , & terra vernat floribus
suis, & ut hortus producit germina sua, ita produxit læti-
tiam in cōspectu omnium filiorum suorum. Quæ heri tu-
ba iubebat canere: sacco operiantur homines, & quæ læ-
titiam præferunt omnino deponant, tristes incedant, &
ad caulas ad peccata plangenda confugiant , hodie sinus
aperit, extendit amplexus, emittit vocem , diuinis cantat
in cāticis, ut omnes aduocet, omnes capiat, omnes ad con-
gaudēdum sibi , gremio charitatis includat. Quænam er-
go causa tantæ lætitiae? Quænam occasio insperati huius
gaudij, & incredibilis exultationis? maxima certè & pene
inenarrabilis. Occurrit siquidem ipsi Angelicus Thomas
fertum gestans cum torque duplice, cappā deferens gem-
mis ornatam, ex monili fulgoris cælici lucem emittens, ac
per vniuersum orbē illā diffundens: hoc est eminentissi-
mis virtutibus clarissime splēdens, ac splendifidissimis do-

A 3 Arinæ

strinæ radijs fulgentissime emicans & refulgens. Quem
 ipsa doctorem suum agnoscit, magistrum ac præceptorē
 veneratur, cui se multū debere pleno ore per Pontificem
 summum, cui claves ipsius, & vices omnes commissæ
 sunt, non est verita confiteri. Siquidem Clemens Papa
 octauus nobili viro Comiti Beneuentorū in Regno Nea-
 politano Proregi scribens, de nostroque fulgentissimo
 Thoma verba faciens, in ista prorumpit; *Nos ipsi, Angelico*
huic Doctori, & nostro, & totius Christianæ Ecclesiæ nomine pluri-
mum debemus. Hæc ille. Cū igitur egregio nostro Doctori
 Thomæ S. Mater Ecclesia plurimū se debere fateatur, iu-
 re optimo, ut gratitudinis debitū soluat, ab incepto mœ-
 rore hodierna die supercedit; indutaq. vestimentis gloriæ
 suæ tanti sui magistri, ac doctoris laudibus qua decet lœti-
 tia, & exultatione, vacare studet. Quapropter Academia
 nostra, quæ de tanto patrono gloriatur, & merito, ijsce so-
 lemnis Angelico Thomæ gratulabunda obuiat. Ad hoc
 omnes vos, tū virtutibus, tum nobilitate, tum literis præ-
 clarissimos inuitauit, ut florētissima vestra corona secum
 Angelico huic suo Antesignano pro merito, ut par est,
 gratuletur. Vobis igitur in nostris eximij doctoris laudi-
 bus congregatis, & meo, & totius nostræ Academiæ no-
 mine præclarissima nostri Angelici encomia consecrata
 proponam. Quæ in re integrum meæ voluntatis affe-
 ctum ipse Beatissimus Thomas intuetur ex alto. Nō enim
 de mea præsumens peritia, sed deuotionis in ipsum feruo-
 re accensus sermonis mei humilitatem ad ea quæ incen-
 rabilia sunt compellor extendere. Adsit mihi sanctissimus
 Thomas, ut quæ sua sunt, qua decet dexteritate percur-
 tere queam. Vestram similiter solitam benignitatem ex-
 opto, supplexque & humiliis rogo, ut evarrantis defectus
 a quo animo ferre dignemini.

Nullus autem est qui mihi hodierna die sancti Thomæ
 Aquinatis

Aquinatis vitæ sanctimoniam, scientiæque sublimitatem non tam laudaturo, quam breui schemate expressuro illud obijcere valeat, quod à Lacone dictum est Rhetori cuiquam orationem de laudibus Herculis adornanti: Et quis, inquit, illum vituperat? Siquidem clarissimi huius viri encomia non propterea recensenda sunt, ut pessimorum hominum occludamus ora maledica; sed ad nostrā morum instructionem comparādam, & in litterarum studijs socrdiam, ignauiamque procul à nobis, tam illustri exemplo proposito repellendam. Illud namque immensi laboris futurum esset, præterquam quod multis voluminibus à viris eruditissimis id effectū est, ut hæreticorū maledicta in sancti huius Doctoris, immò Ecclesiæ Catholice doctrinā cōgesta, tanquam vana, & à mendacijs spiritu prolata exploderentur. Et sanè ut breuiter hoc expediam, sicut quorundam lapidum inexpugnabilis duritia est, nec secari Adamas, vel lædi, aut teri potest, sed incurrentia vltro contundit; & quemadmodū nonnulla nequeunt igne consumi, sed flamma confusa rigorem suum, habitumque conseruant, ut laricum ligna, & lini quedam species; sicut denique prominentes in mari scopuli insurgentes vndas frangunt, nec ipsi vlla sequitur vestigia tot verberati procellis ostentant: Ita plane, huius sancti Doctoris, vitæ innocentia, & doctrinæ robur solidum est, ut nullis adhibitis machinis concuti valeat, sitque ab omni iniuriæ incommodo longè lateque alienum.

Supereft ergo ut tantiisper mentis aciem dirigamus in nobile hoc virtutis, & eruditionis exemplar, in quo neficias vtrum amplius admireris morum sanctitatem, an doctrinæ purissimum lumen. Quis dubitabit magnum in regno coelorum iure appellandum esse nostrum Doctorem, cum exemplo Christi, similia propemodum fecerit & docuerit? Caius Cæsar, quem Ducem, & Principem

miris laudibus in æthera extollūt omnes antiquitatis Romanæ cultores, eo quod non solum bella summa dexteritate administrauerit, acies instruxerit prudētia singulari, hostes fortitudine incredibili profligauerit, muneraque Imperatoris, belli, pacisque tempore strenue subierit: verumetiam res omnes à se gestas stylo mirabili, & eloquētia singulari ad posteritatis instructionem scriptis diligen tissime commendauerit, ad nosque transmiserit. Non est opus Cæsaris pugnas cum certaminibus nostri Doctoris conferre, cum ille plerunque cōtra Rēpublicam, quam euertit, gladium distrinxerit. Hic autem pro Christi Ecclesia ad eius stabiliendam monarchiam perpetuo fuerit preliatus in hostes veritatis. Quod animo reuoluens sanctissimus dominus noster Paulus Papa Quintus feliciter nunc Petri nauiculæ clauum tenens, ciues Neapolitanos de nostro Doctore ita est allocutus: *Splendidissimi Catholicae fidei Athlete B.Tho. Aquinatis, cuius scriptorum clypeo militans Ecclesia, hereticorū tela fæliciter elidit.* Hæc ille. Singula verba perpendite, & obseruate Thomā Athletam fidei, pro Ecclesia dimicantem, & scriptis suis integerrimis hæreticorum tela elidentem. Quænam igitur Cæsar pugnæ, vt cum certaminibus Thomæ valeant comparati? Præterea, Cæsar ille carnales qualescumque viætorias adeptus est; noster autem Dux contra spiritales nequitias, aduersus mundi rectores tenebrarum harum dimicans, infernas prostrauit phalanges. Hæc, inquam, conferenda non sunt, quæ tot discriminum interuallo dissident. Sed illud adumbratum in Cæsare quasi digito indicare voluit, quod Aquinas ea omnia, quæ scripto mandauit, mente concepta, motibus & conuersatione luculentius expressit. Non sic qui curios simulant, & baccanalia viuunt. Non sic voce delicata o nantes Iacob, manuum vero asperitate venatorem Esau referentes. Sancta, puraque doctrina, inculpatissimæ vitæ, illibatae.

illibatæque pudicitiæ comes perpetua fuit. An hæc pro libito dixerim? consulite summos Pontifices Clementem, & Paulum ad ciuitatem Neapolitanam scribentes, nostrâ in hac parte sententiam ambos uno ore in hunc modum proferentes: *Cum superiorum temporum memoria sanctus Tho. Ordinis Predicatorum (verba Clementis sunt) Doctor Angelicus, ex antiqua & nobili Comitum de Aquino familia oriundus similiter in eodem regno, tum sanctitatis ac miraculorum gratia, tum doctrina laude clarus extiterit.* Et paulo inferius: *Hic siquidem honor eius virtutibus (notate verba) cum admirabili doctrina coniunctis iure optimo debetur.* Similia sunt verba Pauli. Sed cur in re luce meridiana clariori, & toti Ecclesiæ manifestissima immoror? Nonne ipsa in toto orbe diffusa dum D. Tho. meritis diuina beneficia implorare nititur, talibus Deum verbis deprecatur, *Deus qui Ecclesiam tuâ B. Tho. confessoris tui mira eruditione clarificas, & sancta operatione fæcundas*? clarius ne strictissimum pacis foedus quo innocencia viræ, & doctrinæ integritas in doctore nostro extitere vnitè exprimi potuit? Ego certè non video. Non recensabo nunc, quod iuuenculus nobilitate & divitijs clarus, delicias omnes pro Christo contempserit, & Religionem Prædicatorum fuerit ingressus, arctam viam intrans, sed quæ ad vitam dicit æternam. Silebo labores varios, quos à carne & sanguine coniunctis passus est, ut ab instituto retraheretur, sæculumque repeteret; illudque facinus mirandum, quod blandienti mulierculæ frontem inurere accesso ligno disposuerat, ut ignem gehennæ alio igne fugaret. Nec repetam orationis feruorem, contemplationisque sublimitatem, humilitatis & obedientiæ cum excellentis ingenij publicæque acceptationis præstantia copulata, quâ pro miraculo numerare debet quicûq; vel me diocriter animaduerterit, q̄ in p̄cliuī sit yiris doctis si quæ plausū sibi fieri deprehēderint, ut statim extollātur, & intumescant.

10
tumescant. Longum esset virtutes huius sanctissimi viri enumerare, quibus (Deo adiuuante) sibi metuam stravit ad eam qua nunc fruitur beatitudinem, quæ singulæ si expenderentur vel eloquètissimum Oratorem facillimo negotio obruerent.

Veniam nunc ad scripta, quibus expressius animi fælicissimi diuitias sapientiæ salutaris, ac sublimioris scientiæ splendorem intueri licet. Dicam tamen & hoc quantum potero breuissime. Videmus passim authores aliquot sub nimia scriptorum prolixitate veritatem ipsam occultare; alios è contra sub nimia breuitate opprimere. Veruntamen noster Aquinas mira dexteritate breuitatem cum luce & facilitate coniunxit, breuitatiq. copiam, facilitati securitatem doctrinæ, indissolubili pacis fædere copulauit. Ac primum tantum inest eius scriptis rerum omnium copiosa vberitas, ut nihil fere ex vniuerso Theologiz, aut Philosophiq ambitu desiderari queat, quod non ipse fuerit copiosissima varietate complexus. Breuitas vero tanta est, ut quæ tot veteres, ac recentes authores vix innumeris, & immensis voluminibus comprehendere potuerunt, hic intra vnius strictæ epitomes, hoc est summæ Theologiæ compendium locupletissima breuitate plenisime, strictissimeq. concluserit, vbi ordinis dispositio, sententiarum perspicuitate, & verborum splenda claritate scriptores alios longo post se reliquit interuallo. Et quod admirabilius est, cum in scriptis multorum magni nominis Patrum caute, ac suspenso pede legentibus progrediendum sit, ne in sententias quasdam parum tutas imprudenter impingant; nostro huic vere diuino Doctori tanta assertiōnū, sententiārumq. securitas diuinitus obtigit, ut lector omni suspitione erroris liber, citra offendam tutus, expedito gradu expatriari possit, quasi per viam regiam communi Orthodoxæ Ecclesiæ Patrū incessu tri-

tam,

11

tam , longe à deuijs illis particularium sectarum semitis,
ac diuersiculis, quæ semper incautos adducunt in amba-
ges inextricabiles , & abrupta præcipitia . Queso igitur,
quid in ignorantia gloriaris qui de Thomæ aduersario te
extollis? An quæ verissime enarraui figura existimas?
audi Christi Vicarium Innocentium VI. in quodam
sermone de laudibus S. Thomæ, qui incipit ; *Et ecce plusquam*
Salomon hic ; vbi ad eius doctrinam commendandam de-
ueniens , temerariam extollentiam tuam his verbis ar-
guit, & condemnat. *Huius Doctoris doctrina præ ceteris (excep-*
ta canonica) habet proprietatem verborum , modum dicendorum,
veritatem sententiarum (verba perpendite) ita ut nunquam
qui eam tenuit, inueniatur a tramite veritatis deuiaſſe ; & qui eā
impugnauerit , semper fuerit de veritate suspectus . Si igitur de
Thomæ aduersario in doctrina gloriaris te de mendacio,
ac falsitate extollis. At quemadmodum de veritate sus-
pectus censetur , iuxta Innocentij dictum , Thomisticam
doctrinam paruipendens , seu in alienos sensus detor-
quens: ita qui illam secundum legitimum sensum ample-
ditur de ipsa veritate semper est securus . Ipsa etenim
nusquam in aliqua suspicione erroris est deprehensa: cuius
doctrinæ testis est, (vt verbis utar Clemētis VIII. vbi supra)
ingens librorum numerus , quos ille breuissimo tempore in omni
fere disciplinarum genere singulari ordine, ac mira perspicuitate si-
ne ullo prorsus errore conscripsit . In quibus conscribendis interdum
sanctos Apostolos Petrum & Paulum colloquētes , locosq. illi quoſ-
dam, Dei iuſſe , enarrantes habuit: & quos deinde conscripsit ex-
pressa Christi Dñi voce cōprobatos audiuit . Hęc ille . Tatum ete-
nim ipsius doctrinæ fuit tributū , vt Christianæ eruditio-
nis suæ diuinū illud habeat testimoniū . BENE DE ME THO-
MA SCRIPSISTI . Sed si præclarissimorū virorū elogia quib⁹
Doctore ſanctissimum exornare studuerunt hoc in loco
vellem commemorare, viderer ſane addere flores veri &
ſtellas

12
stellas cælo. Sed habet testimonium maius ijs, opera enim
quæ nobis edidit testimonium perhibent de illo multo
luculentius. Contigisse autem auctoribus nonnullis re-
centioribus animaduerto quod syderibus cuenire Ptho-
lomæus scribit, & nos crebro perspicimus, siquidem nobis
multo maiora videri solent, cum primum oriri, & ab ori-
zontis extremo condescendere incipiunt, quā cum medium
cæli tenuerint, vel certe inde progressa descendunt. Cum
enim quorundam scripta primum in lucem prodierunt,
legi auditus, & magno cum orbis plausu cooperunt, bre-
uique temporis spatio quādam summam auctoritatem,
nominisque celebritatem adepta sint: sed cum postea ac-
curatius studiosorum manibus teri, pressiusque volui, &
expendi cœperunt, confessim a magna illa estimatione
multum vidimus excidisse, & quorundam citius, aliorum
tardius tacito quodam eruditorum consensu ad minora
subsellia, aut in angulos fuisse relegata. Hoc est quod di-
ci solet, plures otientem solem, quam cum ad occasum
pergit adorare. Sancti vero Thomæ monumenta oriri
semper, ac splendidius emicare videntur, neque posterio-
ribus temporibus doctores Catholici omnes minus quā
prioribus sunt venerati, & merito sane; eminent enim in-
ter alios omnes quantum lenta solent inter viburna cu-
pressi. Patres autem antiquos vbique mitum in modum
veneratur, eosque vel commode interpretari conatur, cū
aliqui absurdī videtur docere, vel certe excusat, vel de-
niq[ue]d[u]m veritatem opprimi illorum auctoritate formi-
dat, tantu quod excesserint paucissimis & modestissimis
verbis indicat. Nusquam amatulentus est, nusquam tragi-
cus, aut concitator, sed æquabilis vbique, vbique mitis,
atque vere religiosus, quamuis nunquam demissus, nu-
quā languidus, sed semper fortis, sublimis, excelsus. Scrip-
serat Gregorius Nazianzenus de moderandis disputatio-
nibus